


# NICOLAI COPERNICI

&  $B$  recto, datur reliqua latera  $BLC$ , &  $FGC$ , cum reliquo angulo  $C$ , & ablatio $e$   $FG$ , ex  $FGC$ , relinquitur  $GC$  datū latus in triangulo  $GLC$ , cū duobus angulis  $LCG$  &  $CLG$  recto, ob idq $\beta$  reliq $\beta$  latera datur  $GL$ ,  $LC$ , ac deinde qd relinquitur ex  $BC$ , & est  $BL$  cōmutatio



lōgitudinis, atq $\beta$   $GL$  latitudo uisa, cuius paralaxis est excessus  $BF$  uerē latitudinis. Veruntamen, uti uides, plus habet laboris q $\beta$  fructus ista supputatio, quē circa minima expēdit. Sat is enim erit, si pro angulo  $DCB$  ipso  $ABD$ , &  $PDEB$  ipso  $DBF$  utamur, ac simpliciter, ut prius pro ipsis  $DE$ ,  $EF$  circumferentijs, media semp $DB$ , neglecta latitudine lunari, necq $\beta$  enim propterea error apparebit, in regionibus præser tim Septentrionalis plagæ, sed in ualde Austrinī partibus, ubi b cōtigerit uerticem horizontis cum maxima latitudine quinq $\beta$  gradu

um, ac Luna terræ proxima existente, sex ferè scrupulorum est differentia. In eclipticis autem Solis coniunctionibus, quibus latitudo Lunæ sesqui gradum nequit excedere, potest esse scrupuli unius & dodrantis tantum. Ex his igitur manifestum est, quod Lunæ loco uero, in quadrante signiferi orientali, semper additur commutatio longitudinis, & in altero quadrante semper aufertur, ut longitudinem Lunæ uisam habeamus. Et latitudinem uisam per commutationem latitudinis: quoniam si in eadem fuerint, simul iunguntur, si in diuersa, aufertur à maiore minor, & quod relinquitur, est latitudo uisa eiusdem partis, ad quam maior declinat.

Confirmatiō eorum, quæ circa Lunæ parallaxes sunt exposita. Cap. xxvii.



Vōd igitur parallaxes Lunæ sic expositæ conformatiōes sint apparentijs, pluribus alijs experimētis possumus affirmare, quale est hoc quod habuimus Bononiæ septimo Idus Martij post occasum Solis, anno Christi m. cccc. xcvi. Considerauimus enim, quod Luna